PRONOSTICON
AD ANNVM DOM.
M. DC. XIV.

Additis laudibus, & responsionibus aduersus veræ Astrologiæ calumniatores.

Io. Antonij Roffeni Philosophi Bononiensis.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. Dom.
CO. ALEXANDRVM LVDOVISIVM
Bonon. Archiep. & Principem Ampliss.



Bononiæ, ex Typographia Bartholomæi Cochij 1614.
Habita Superiorum facultate.

AD ILLVSTRISS.

ET REVERENDISSIMVM.

DOMINVM

CO. ALEXANDRVM

LVDOVISIVM

Bononiæ Archiepiſcopum, & Principem Amplisſimum.





RAESVL ALEXANDER,
Themidis lux fulgida ſacræ.
Pontificis te ingens PAVLI
prudentia QVINCTI
Delegit, Patriam vt decores decoratus honore
Inſigni, mirè quod præſtas. Hinc Ego motus
Doctrina, pietate tua; ſplendoreq. gentis
Me tibi deuoueo æternùm, hunc tibi dedico librum.
Ore, oculis, animo aſsiduè te geſto, Patrone,
Et precor, vt tandem, felix quod ſpondet Olympus,
In Tyrium mutes viridem, LVDOVISE, galerum.

IESVS MARIA.

Laudes, & Responsiones aduersus veræ Astrologiæ Calumniatores.

Ioannis Antonij Rosseni Philos. Bonon.



ILENTIO hoc anno me præteriturũ esse; nec omnino quidquam in publicum ædere, quemadmodũ superiorbus annis arbitrabar, non vt labori cederem, cui valdè sum assuetus; sed ne in maledici, ac ignari vulgi ora versarer; & ob neglectam huius scientię facultatem; quia temporibus nostris reperiatur nõnulli, qui totam hanc scientiam irrident; nec solum prædictionibus fidem detrahunt, sed motuum cognitionem etiam vituperant; & hanc doctrinã ignorantes multum reclamant; cupientes nimirũ æ ignorãtiæ suæ his nugis patrocinari, in tantoq. crimine viuunt, quod falsis suis persuasionibus Iuuenum animos ab hoc studio abducũt. Alij veluti sophistæ peruersi à tam mirandi studij contẽp atione, calumnijs, & scriptis, animos hominũ abstrahere quotidie conati fuere, fingentes scientiam hanc esse vanam, & falsam, & homine Christiano indignam; & ne referant quosdam effectus ad astrorum influentiam, ad materiam potius, ineptè accõmodare student, quamuis & Arist. legerint, & Hyppocratem intelligant. Alij contendunt Deum posuisse Cœlum, & stellas pro ornatu tantùm: Alij infinita stellarũ multitndine scientiam incogni-

cognitam esse dicunt. Alij innutile, & non necessariam Medico, pertinaciter profitentur: tantosq. tandem aduersarios habet hæc facultas, quod dies me deficeret, si varia illorum maledicta hic recensere vellem; quia nulla est liberalium artium, quæ plura habeat pugnantia, quam hæc scientia. Sed, per Deum immortalem, nihil Cœlo, terra, mariq. sese obijcit, quod Astrologia industriam, atque solertiam non præseferat; atque illius non declaret dignitatem. Quis enim sydèrum cursus. Quis Solis, Lunæq. labores. Quis cœlestium globorum varietatem, & conuersiones. Quis dierum, noctium, temporum, anniq. totius vicissitudines, atque momenta, sine Astrologiæ præsidijs percipere, ac pro dignitate explanare valeat? Astrologia de sydèrum motibus, motuumq. certis, & perpetuis viribus, legibusq.; de stellarum autem, atque cœlorum situ, ac positu, ortu, & occasu, multitudine, ac magnitudine, distantia à terra, & à se inuicem; mutuo congressu, eclipsibus, & alijs huiusmodi agit: Præterea ex conuersionibus cœlorum, coniunctionibus item, atque oppositionibus astrorum varijs, futuros euentus, significationesq. ad valetudinem, & rem familiarem tuendam accommodatas, prædicit. Astrologia numerum, magnitudinem, & motum omnium cœlestium corporum inuestigat; ortus, & occasus stellarum speculatur; figuras, & imagines constellationum, signorumq. omnium considerat, vera, tam fixarum, quàm errantium stellarum loca perpendit: Planetarum progressus, status, regressus, coniunctiones, oppositiones, eclipses item Solis, & Lunæ, aliaq. id genus propemodum infinita, diligentissimæ inquirit: Contemplatur præterea complexionũ, & naturas, tum signorum, constellationumq., tum Planetarum, etiam & reliquarum stellarum explicat. Quæ signa sint calida, quæ

frigi-

frigida, quæ temperata, quæ masculina, quæ fœminina, & (quod diuinum maximè est) ex motibus orbium, & stellarum futuros euentus, in his inferioribus prędicere, ac diuinare conatur. Astrologia pars est physices, quæ docet quos effectus astrorum lumen in elemētis, & mixtis corporibus habeat; qualia temperamenta, quas alterationes, quas inclinationes pariat; & quia inclinationibus sæpè mores, & studia, consilia, & casus respondent (vt ille inquit) natura sequitur semina quisque suæ, id eo horum quoque significationes aliquas monstrat; Astrologia plurimum lucis Medicinæ adfert, & præsidij Medico ad curandos morbos, ad cauendas importunas medicationes, adque vitanda, seu præuenienda, seu mitiganda mala, quæ accidere in ijs possunt; non solum vtilis, sed maximè necessaria est, dum temperamenta ægrotantium, tempora medicationibus idonea, morborum causas aliquas in astris, ex qua ijs futura accidentia, aliaq. id genus ostendit. Medicus huius scientiæ ignarus, medicinam quomodo administrabit, cum qua hora, quo die, imo quo momento auxilia conferenda, vel saltem sicciora, & humidiora corpora curanda sint, nesciet? Experientia enim constat clementiā cœli, syderumq. radios, & ignes astrorum sempiternos suum in subterlunarem defluxum omni momento moliri, vt inde omnis generis morbos futuros, mutationes prędicere possimus: Hæc Geographiā, & similes artes non parum adiuuat; dum regionum populorumq. naturas, atq; mores non nihil indicat, tabulas Calendarias in genere ostendit; quæ tempora sint apta medicationibus pro ratione ætatis, & temperamenti, cuiusque indiuiduorum valetudinem, vel tuetur, vel amissam instaurat; quæ non est parua vtilitas in illis, quibus hoc beneficiū propriè præstatur, tūm toti Christianæ Reipublicæ; quæ sic

per-

personas necessarijs functionibus idoneas accipit, & conseruat; cum plantandi, serendi, cædendi materiam àd ædificia, & similium operarum, tempus idoneum indicat, aut contemnendas ijs, qui suas iuxta id temporis discrimen perficiunt, vtilitates adfert; & simul etiam toti Reipublicæ non mediocriter conducit. Præter iam dictas circa tantæ scientiæ veritates, & commoditates, quas vel vniuersis, vel certi generis hominibus præstat, singulis quoque hominibus multipliciter prodest; dum cuique temperamentum suum, inclinat; & . . . . . .

. . . .

. . . .

explicat, indicat cuique diligendum genus vitæ, atque studij; monet quæ negotia apta, vel aborentia sint a cuiusque ingenio, monstrat adiuuandas, vel coercendas inclinationes, & id genus innumeras parit vtilitates. Quæ omnia quantū emolumēti tum singulis hominibus; tum vniuersæ humani generis societati adferāt: non possum ego in hoc breuissimo discursu explicare; non dico hic, cum mihi non supersit tempus, quantam voluptatē, quantamq. existimationem, & auctoritatem, suis cultoribus pariat; quamque sit præsens, & iocunda in omnibus aduersitatibus consolatio; Ac sæpè ego mecum cogito, quam congruum, gratumq. sit iucundissimum eius studium omnibus, sed vtinam hæc Ciuitas nostra, imò Italia tota aliquos haberet; qui hanc scientiam inter cæteras verè colerent, ac postliminio quasi reuocata in pristinæ, & antiquissimæ suæ dignitati restituere studerent, & laborarent; cuius quidē rei multas, sed potissimū tres esse causas existimo. Prima, quod ob latentes, & veluti Deo reseruatas aphorismorum causas suorum, dificilior, & iniucundior (quandoquidē iuxta Philosophum, tum demum arbitramur vnumquodque scire, quando

causas

causas veras cognoscimus) cæteris partibus videatur. Secundam, quod bona ingenia deterreat Arabum, in quibus ferè solis reliquiæ continentur barbaries. Tertiam, quod nunc ob professorum, qui superioribus seculis fuere, & adhuc passim reperiuntur; partim ignorantiam, partim ineptum vsum, ac illicitum, non solum malè audiat hæc doctrina à plerisq; , sed rideatur etiam, damnetur, & execretur: Vnde multi à vera Astrologia, ad inania quædam deliramenta deflectentes, meritas reprehensiones prudentiorum incurrerunt; quod plerumque fit in quibusdam hominibus indoctis, cum perlegerint paucos libros, persuadēt, sibi adeptos se nescio quid prophetiæ donum. Quidam etiam eo dementiæ veniunt, vt per diaboli præstigia, ea in re, vt saltem eximij vates iudicentur, præsidio vti non vereantur. Sunt qui nescio sub titulo indignæ artis, puerilia sequuntur, & multorū hominum ociosorum multa alia figmenta, per quæ aliqui velut Apollinis, aut Sybillarum oracula ædere contendunt: Ac alij deniq. qui in vera scientia plura sibi sumunt, quam vel polliceatur ipsa; vel Astrologus in hac ingeniorum imbecillitate præstare queat: scientiæ, & artes sunt veræ, sed multa sunt consideranda in ijs; isti autem (tantum abest, vt considerationem eam, in qua tatame facilè decipi possumus, adhibeant) ex primó quasi thematis cœlestis intuitu euentus quoscunque audent prædicere; nulla habita ratione illorum, propter quæ sydus aliquod hoc, vel illo loco positum cēseatur faustum, seu infaustum, & isti omnes diuinum Astrologorum nomen sibi vindicant; verisq. Astrologis plurimum detrahunt, dum omniū se risui furoribus suis exponunt. Hinc factum est: vt rumor Astrologię pro talibus ineptijs, aut alijs insanijs à plerisq. immeritò accipiatur; interimq. ingens hoc donum diuinandi ex astris, de temperamen-

tis,& inclinationib. humanarum rerum, imprudeter, ac impiè magno hominum incomodo negligatur, irrideatur, ac damnetur; sed nunc de Astrologiæ laudibus dicta hæc sufficiat, descendamus verò ad illos, qui quotidie varijs nugis hanc scientiam calumniantur.

QVI dicunt hanc scientiam Medicinæ non esse necessariam, audiant verba Hippocratis, qui in lib. de aere, aquis, & locis affectis sic loquitur, maximè autem obseruare oportet magnas temporū mutationes, vt neque medicinas in illis libentes exhibeamus, neq; curamus, quę circa ventrē, neq; secemus priusquā decem dies, &c. Periculosissima etiam sunt ambo Solstitia, maximè verò æstiuum; periculosum etiam vtrunq; æquinoctium; magis verò autumnale. Oportet autem astrorum exortus considerare, præcipuè Canis, Arcturi, & pleiadum occasum; morbi enim in his maximè dieb. iudicantur; alijq. perimunt, alij desinunt, aut in aliam speciem, aliumq. statum transmutantur: Volo autem de Asia, & Europa demōstrare: alibi in libro de insomnijs, quæcunq; extra circunferentiam, &c. In libro supra citato; cum enim temporum mutationes, & astrorum ortus, & occasus obseruauerit. In libro de Dieta, sed & astrorum ortus, & occasus cognoscere oportet, & totius mūdi, ex quibus sanè morbi hominibus orinntur, obseruare, & alibi multis in locis. Legant Galenum in libro de diebus decretorijs: Auicēnā de causis pestilētiæ audiāt: Hieronymum Cardanum videant: Arnaldi Villanouani verba retineant: Theofrasti Paracelsi scripta euoluāt: Fernelium, & Fracastorium benè cognoscant: Petrum Apponensem in conciliatore suo excipiant: Marsilium Ficinum in suis epistolis; & in libro de valetudine tuenda exaudiant: Hermetem, & multos alios infinitos, quo-

rum nomina, dicta auctoritates, atq; verba hic non cōmemoro, sentiant, nolint, velint, cognoscent hanc sciētiam maximè esse medicinæ necessariam; nam videmus, vt constat, lumen cœleste parere primas qualitates, easq; variè miscere; igitur etiam in secundis qualitatibus maximas alterationes oriri, ex diuersis primarum mixturis: Cum enim lumine cœlesti efficiente, diuersas vices qualitatum in aere, variè etiam efficiantur corpora subiecta, nec possumus negare, quin ex diuersis illis affectionibus, dissimilia quoq; temperamenta in corporibus inferioribus nascantur, sic à primis qualitatibus secundarū, hoc est, quattuor humorum naturalium, ac temperamentorum in corporibus, origo deriuatur: Nam ex calido, & humido temperatis nascitur sanguinea, ex calido, & sicco colerica, ex frigido, & humido flegmatica; Frigiditas verò cum siccitate, melācolicam gignit constitutionem; nec potest alia verior monstrari causa illarum diuersitatū in temperamentis; cur videlicet aliud corpus ad sanguineā, aliud ad colericam, aliud ad phlegmaticam, aliud verò ad melancolicam crassim propius accedat, quam quod sub diuerso syderum corpora ædita sunt; Physicus ignarus, atq; contemptor huius scientiæ, deprehendet quidem in natura corporum, humores naturales ita variè inter se confusos, vt alia ad aliam crasim magis declinent: Sed causas, quæ qualitates illas ita variè temperarint; repudiatis huius artis præceptis, quas mihi nisi vana comminiscetur? aut saltem vim quadam occultam in natura agentem esse fatebitur, qualis aut vnde sit non explicabit. Qui verò experientia, & ratione est instructus, cognoscit, quod quæcunque primum sub hanc cœli lucem prodeunt, ea tenera, & mollia cùm sint, haud alter syderum vim excipiunt, quam plumbum, siue cæra, quę calore ignis liquefacta, ac postea primum in subiectam

 for-

formam effusa, certam figuram induunt; vt benè dixit Hippoc. citato libro, referens causas diuersitatis naturarũ n in diuersis terrarũ locis ad lumen cœleste; cum ait, Asiam plurimum differre ab Europa, secundum naturas omnium ex terra nascentium; hominum item, ac reliquorum animantium, quæ omnia longè maiora, pulchriora, temperatioraq., Asiam producere, propter temperatam totius anni mixturam, cuius rei hanc causam allegat, quod illa Regio in medio Solis (cuius vestigia etiam reliqui Planetę sectantur exortu ad auroram sita, à frigiditate, & caliditate omni remotior sit, quam Europa. Galenus quoque inquit, affici animantium corpora à lumine cœlesti, magnãq. eorum omnium vim esse in temperamentis, & miscendis, & turbandis: Vnde tanta etiam est in progeneratis dissimilitudo, alios natura viuaciores, & robustiores nasci comperimus; alios minus durabiles, & infirmiores; vt qui propè luminariũ Synodos eduntur in lucem, Saturno, aut Marte infeliciter respiciente Lunam; natura imbecilliores isti euadũt; ac pleriq. intra annos nutritionis extinguũtur; quod ego sæpissimè obseruaui; huius rei etiã habemus causas physicas; cum enim humidum radicale, quod vitæ alimentum est in huiusmodi corporibus minus forte sit, propter eius tenuitatem effectam, à combustione Lunæ, in qua omnes humores sensibiliter minuuntur, facilè absumitur nimia siccitate, qua eorum corpora peruruntur; cum hæc omnia certa experientia, & rationibus constent damnari non debent.

Sunt alij, qui fabulantur corpora cœlestia nihil in his inferioribus operari. Sunt multæ auctoritates sanctorum Patrum, Philosophorum, Theologorũ, & aliorum, quibus possumus ostendere quanta sit cęlestium corporũ in his inferioribus influentia: Christus ipse in verbis illis, apud

apud sanctum Matthæum; Facto vespere, dicitis serenum erit: Rubicundum enim est cœlum, & mane, hodie tempestas rutilat, enim triste cęlum; Scotus in 2. sententiarum tenet, in mixtis, in animatis, & inanimatis, sensitiuis, elementis, stellas suas habere vires: Aristoteles, necesse inquit totum hunc, qui terram ambit mundum, cum superis conuersionibus sic continuatum esse, vt omnis eius virtus inde gubernetur; nam vnde omnibus motus est principinm, prima illa debet haberi causa; propterea autem hæc sempiterna est, neque loco diffinitum habet finem, sed in fine semper; mox docens ab elementis materiam, à cœlo speciem genito conferri, hæc aduectit, itaque rerum, qui ipso eueniunt causas, quod quidem ad materiæ genus pertinet, ignem, & terram, & his cognata corpora existimari conuenit: hoc enim modo applicamus id, quod subijcitur. & quod aliquod fert; id autem, quod ita causa sit, quod motus sit principiũ, ad eorũ cum referre debet, quæ semper mouentur. Auerroes in libro de substantia orbis: Albertus Magnus: Plato, & multi alij hoc idem affirmant, & si descendimus ad experientiam. Apparente Vere, cum ad nos Solis, aliorumq. syderum vis reuisit, multas rerũ nouationes animaduerti; emergere pleraque omnia, atque exhilari, herbas, flores, fruges, gemmasq. trudere, & foliorum viriditate vestiri. Cõtra verò Solis recessu senescente plurima occidere manifestum est; qua de causa negari non potest, motum à cęlo in omnibus corporibus dependere, tùm simplicibus, tùm mixtis naturalibus, maximaq. esse, quæ cœlum, tùm motu, tùm lumine, tanquam suæ facultatis vehiculo in hæc inferiora dimittit. Rursus.n. constat ardentium stellarum congressus vrere hæc corpora, siccitates afferre; rursus verò congressus humentium syderum augere humores: Deinde varia mixte lu-

mina,

mina, varięq́. temperatę qualitates, vt in pharmacis res dissimillimè, aliter temperatæ, alios habere effectus. Alia enim Solis, alia Lunę, alia aliorum Planetarum accessu, aut radio, vel lumine vigēt, Aestiuo Solstitio ardore Solis accenditur aer, tærea flagrāt, maria feruent. tumq́. illius motus conuersione oleę, tiliæ, vlmi, & salicis folia circumaguntur, ipsaq. die, alia quam pridie facie spectant cœlum: Multarumq́. plantarum flores ab ortu, ad occasum Solem insequuntur, abeuntem intuentur, cum eoq. vertuntur omnib. horis, ēt nubilo die exortū se padunt, occaso se contrahunt. Lunæ porro vires mare perspicuè imitatur, cuius æstus ascendente illa inualescit, descendente mitescit, Ostreatum, Conchyliorum, & conchatum omnium corpora cum Luna crescunt pariter, paiterq́. decrescunt; materia e syluis, crescens lumine breui tempore manet; decrescens diutius perennat, formica interlunio semper quiescit; plenilunio noctibus etiam operatur; Silenites lapis imaginē Lunæ continens, eam redditin singulos dies crescentis, minuentisque numero: videmusq́. quotidie, solo luminarium aspectu, exalationes, vapores quāplures à terra eleuari, sursum trahi, aquas generari, flare ventos, aere affici siccitate, & huiusmodi cū plura. Quare elementa à cœlis alterari, corrumpi, generariq. necesse est. Item, vt testantur Scriptores, herbas, secundum cęli constitutionem, mutationem subire; & vt dicit Ioannes Mesue, ad hęc inquit terrę, & per hanc plantis virtutem magnam impertit, & variam non Sol tantum, sed & aliorum quoque corporum cęlestium aspectus hunc locum, & illum aliter, atq; aliter afficiens, in quo causarum genere quædam plantæ locum, & cœlū habentes suæ temperaturæ contrarium, sunt megliores, &c. Quare non est negandum, corpora omnia sublunaria corrumpi, generariq., & alterari à cęlestibus corporibus.

Mul-

Multi quoque insurgunt, dicentes hanc scientiam esse falsam, & fallacem. Sic respondeo, maxima quidem est hominis arrogantia velle dictis suis imponere necessitatem: verum est, vt legimus passim à multis Astrologis magnos euentus verè fuisse prædictos; alios verò non: Astrologorum verba non sunt ædicta Pretoria (hoc est) vt eueniant, non est necesse, sed inclinationem rebus adferre asserũt, & multas prædictiones concedunt irritas posse fieri: alias verò posse esse veras. Astrologia equidem duplici fungitur munere; naturali scilicet, & coniecturali, illa pars naturalis, est physices, dum verbi gratia, pestem, aut epidemialem alium aliquem morbum ratiocinamur futurum; ex malo stellarum habitu, & configuratione peruersa; necesse est primò, aerem continentem, deinde sanguinem, & vniuersam in corpore concretionem infici, atq; hoc pacto nihil differunt Astrologorum prædictiones, à Medicorum prædictionibus, nisi fortasse causas habeant Medici viciniores, scilicet in materia, idcircò maximè euidentes.

Coniecturalis eadem quoque est, quatenus res euenire contingenter prædicit, & non necessariò, quod ipsum intellige fieri, quando inferiores causę non consentiunt cum cœlestibus, aut si stellarum etiam effectus syderis alterius conditione inuertantur, frustrenturquè: Mars quamuis minaciter positus, non statim bellum actione sua portendit, quando voluntates, & consilia obstant; ibi enim Astrologus quamquam perspectus ex caonibus habet vires martis in aere, in humoribus, in mouendis phantasmatis, & hominum animis, nondum tamẽ in commotione ad bellum, nisi in capacibus locis, hoc est, in quibus simpathia est prædicere audet; & sic coniecturalis dici potest; quia propter concursum

causa-

causarum, studiosi non hæsitant, cuinam causæ sit effectus aliquis propriè imputandus. Deus cooperatur astris, cooperātur elementa; pluresq. aliæ causæ inferiores; Quare & per naturales, & coniecturales causas possunt vera prædicere, qui scientiam optimè cognoscunt. Sed quid est admirabilius, quam in horis, & minutis, oppositiones, coniunctiones, eclipses, quadraturas, aspectus, insignesque mutationes, & motus, in hoc inferiori mundo contingentes à corporibus cęlestibus. Quibus mediantibus Deus Opt. Max. nobis gloriam suam impertitur, considerare? & uerè prædicere? probareq. omnium stellarum restitutiones ad loca sua, & accidentia in eis quomodolibet apparentia, naturali ratione, & Mathematica demonstratione; etsi quandoque contingant errores, cuius causa eam falsam nominant, hoc accidit in scientijs omnibus, & vlterius humanum est errare, scientiæ, & artes (vt dixi superius) sunt verę, sed ingenij nostri imbecillitas hoc patitur. Astrologia verò cum sit scientia, versabitur circa veritatem.

Alij cęlum, & stellas pro ornatu tantùm cęli, Deum posuisse contendunt; vox cęlestis, & vniuersaliter experientia testantur Deum pro certa media, quæ ob id in hac natura ordinauit, pleraq. in nobis agere, nec est credibile minimaquæque in hoc mundo elementari certas habere functiones, & tam multiplices orbes cęlestes, eorumq. motus, tàm certos, atque varios, frustra esse condita, non possunt autem alij euidentiores vsus fingi, quàm vt has adeo varias, elementorum, compositorumq. corporũ eorũ vices efficiant; nam, quod astra ornatus causa creata feruntur, id vt insufficienter de stellarum vsu, ita stultè de multiplicibus illarum sferis, atque motibus peribetur. Quanta enim vtilitas esset

hæc,

hæc, ex ſtellarum tam raro conſpectu percipitur? Quæ item voluptas hæc motuum orbiumq. cœleſtium varietatem quaſi imperceptibilem nobis ſequeretur? Deinde cum reperiantur certiſſimè leges, & regulæ, in tanta varietate motuum cęleſtium, abſurdum eſt dicere, pulcherrimam illam armoniam, ac viciſsitudinem ſapientiſsimè à diuina mente conſtitutam in motibus cęleſtium corporum, certo vſu carere, qui apparet in ſingulis animantiū corporibus: Item non ſolum ſtellæ, & luminaria fuerūt à Deo benedicto, & glorioſo, pro ornatu tantùm domus ſuæ poſita, ſed vt eſſent naturalia inſtrumenta ad manifeſtandam æternam Dei potentiam glorioſam in rebus inferioribus, vt legimus in 1. Geneſ. Vt ſint in ſigna, tempora, dies, & annos, & vt luminare maius præeſſet diei, & luminare minus nocti, & poſuit ſtellas in firmamento cœli, vt ſupra terrā lucerēt, &c. Vlterius credendum non eſt pulcherrima ſyderum corpora fruſtra condita fuiſſe, cum ille ordo, atque virtus ſumma ratione conſtet, adeo vt, quaſi quędam politia in cęlo, velut in poemate depicta eſſe videatur. Sol enim, qui regnare videtur, in medio orbe vehitur, ſtipatus Senatoribus, bellatore, atque Oratore, habet & Economas, Lunam, & Venerem, nam hæ præcipuè dominantur inciendis humoribus, quibus corpora aluntur; cum autem & hic admirabilis ordo, ac poſitus, deinde certiſsimæ leges curſus teſtentur, hoc opificium ſumma ratione conſtare', non eſt conſentaneum, aſtra nullas ſignificationes, nullos effectus habere. Neque verò fruſtra dicunt ſacræ literæ, erunt in ſigna, tempora, & dies, & annos: Itaque ſi elementa proprio ſuo marte diſcurrerent, neque ſuperioribus motibus, & luminibus diuina ordinatione regerentur; tunc eſſent hæc inferiora, vt Ciuitas ſine Domino, Exercitus ſine Duce, & ſi à ſeipſis venirent elementa ad mixtionem, aliquid

seipsis nobilius generarent, quod est impossibile; ex quib nullum agẽs naturale agit vltra terminum propriè potentiæ; nam mixtorum formæ, elementorum formis sunt nobiliores.

Alij reperiuntur, tanta audacia præditi, quod huic scientię, & dictis suis necessitatem imponunt. Sunt tales homines damnandi, & illudendi, ingenijq; imbecillitate abundant. Quis ergo erit adeo imprudens, siue impudens, vt audeat dicere hoc? Deus Opt. Max. cunctis dominatur, & sine ipso factum est nihil. Agentia naturalia, præsertim corpora cœlestia communicãt, necessariò virtutem suam rebus inferioribus, contingenter tamen secundum subiectorũ dispositionem, qualitates impressę; aut in medio existentes, recipiuntur, si modo subiecta fuerint disposita, aut in contrarium præparata, nullo modo aut debiliter in illis aget cęlum, tanto minus aget cęlum in ijs, qui intellectu participant, hoc est in homine, nisi homo fuerit taliter qualificatus, vt magis sensui, quam intellectui adhæreat, tunc homo postea non esset à brutis differens, videamus hoc exemplo fingamus (quod absit) in prncipio Autumni, quãdo aliqua corpora nostra, vel ob calorem Aestatis languescunt, vel sunt debilia, vel potius inordinato victu repletione abundant, & post bonam aeris dispositionem, sequatur pessimus, & pestilentials aer, influxu cęli; Non est certè negandum, quod cœlum potius aget in disposita materia, scilicet in corporibus malè affectis, quàm in illis, qui obseruatam regulam, erunt bene affecta; Quia alij cito morientur debilitate; alij putrida febre corripientur, afficientur alij quoque morbis, secundum prauam humorum dispositionem, & sic videbimus, cœlum non agere, nisi contingenter, secundum subiectam materiam, & subiectorũ dispositionem, & non necessariò (vt voluerunt

runt multi) Imò Ptolomeus in Centiloquio non asseruit, sed dixit, verbo quinto, Potest, qui sciens est, multos stellarum effectus auertere, cum eoru m naturã præsciuerit; ac seipsum præparare. Et verbo 8. Sapiens anima cœlesti operationi confert, sicut Agricola confert naturæ arando. Et in primo Quadripartiti sui, capite 4. Neque existimandum, quod superiora agant ineuitabiliter per significata sua; neque tandem prudens Astrologus stellarum effectibus necessitatem non imponet; & si necessitarent astra (quod falsum est) iniustè damnatus quilibet puniretur.

Alij reperiuntur, qui quodã animi sui impetu, dicunt hanc scientiam esse homine Christiano indignam; animosq. hominum ab vsu scientiæ deterrere conantur, qui quidẽ, si verè causam hanc animo perpenderent, potius ad summi illius Prophetæ, & Legislatoris vocem prudẽtissimam aures, animosq. arrigere deberent, cùm inquit: Et erunt lumina (loquitur de cœlestibus) in signa, tempora, dies, & annos. Quę verba non obscurè indicant, luminibus cęli non solum commissam diuinitus, temporum, annorum, ac dierũ distinctionem, sed eadem quoque conspectui mortalium in mundo ideo exposita, vt sint signa. Quod si voluit Deus (vt Prophetæ verba apertè testantur) ea signa, mundo proposita, ad varios euentus, humano generi significandos (non enim signa esse possunt, quæ nobis nihil portendãt.) Quo iure igitur obseruationem, & inspectionem prohibent? necesse est tanti Prophetæ verba audire, quam inconsultè damnares: cuius verba, si intelligant, scientiæ vsum magis cõmendant. Verba Ieremiæ sunt; A signis cœli (inquit) Nolite metuere: vnde monet, & si magnæ calamitates à cęlestibus signis nobis denuncientur, tamen fide vera confirmati, Dei expectemus auxilium, & liberationem;

 in cu-

in cujus manu sunt mitigationes, & euentuum gubernationes. At multi homines obijciunt, dum causas, inclinationum, euentuum, & actionum humanarum ad astra refers, eripis primum Deo omnem potestatem mouendi animos suo spiritu, & gubernationem euentuum, postea humanæ voluntatis libertatem, in rebus eligendis, aut fugiendis; Deniq. diaboli fraudes, & insidias omnes, in pulcherrimas, ac optimas Dei creaturas transfers.

Ad hos simpliciter respondeo; Astrologi cum disputant, & tractant de inclinationibus ad certas actiones, & studia, de ijs tantum judicāt, quæ temperamenti naturam comitari solent, quales sunt affectiones naturales, aut in rebus suscipiendis, & agendis felices impetus, non loquuntur de illis motibus, aut actionibus, quæ propriè fiunt, Deo impellēte corda; aut quæ peculiariter ab humana voluntate, ac deliberatione suscipiuntur, nec denique de sceleribus illis, quibus misero hominum mentes à Diaboli interdum implicantur.

(Gubernationem euentuum tantum abest, vt Deo eripiamus) vt contra affirmemus eius gubernationem, & ordinationem causā esse horum euentuum, quam, & inuocantes illum certa fiducia, ipsi deferimus, vt supra dixi. Estque hæc scientia vtilis ea in re, ad pietatem, cum mala præuisa excitent pios ad inuocandum Deum (vt ea mitiget); bona verò significata, vt benè fortunet. Hic verus est eius vsus in bonis mentibus, ac Deum verè timentibus; Neque verò quisquā rectè institutus in Philosphia aliter sensit vnquam, nam & Medici, qui solent in materia potius, quam in cœlo causas quærere; tamen multa referunt ad syderum constitutiones, vt videmus in locis supra citatis; & hæc omnia nō dissentiunt à Christiana doctrina, quæ & si docet nos omnia diuinitus gu-

berna-

bernari, tamen non tollit naturales actiones, significationes rerum, sicut in alendis corporibus apparet: quibus, & si vitam, ac motum Deus impertit, tamen ea foueri, ac pascicibo, potu, & alijs rebus, ad vitā tuendam conditis iubet, ac prudentia digna Christiano est dijudicare, quæ sint communes actiones Dei, & Naturæ, quæ sint propriè Dei supra naturam ponātur. Erigenda igitur mens sit supra vniuersam hanc corporalem naturam etiam si fractus illabatur orbis, nec patienda, vt verbum Dei, & fiducia erga Deum nobis excutiatur: qua sicut muniuntur piæ mentes, aduersus præsentia pericula, ita munienda erunt etiam aduersus inimicas astrorum significationes. Non erit igitur superstitiosa, nec homine Christiano indigna; dummodo qui prudens, & Deum timens est, ea rectè vtatur. Possem multas auctoritates sanctorum Patrum hic referre, scilicet D. Thomæ; Hieronymi, & multorum aliorum, quibus ostenderem, quātum scientia hæc sacræ Theologiæ sit amica, sed alias hęc difusius tractabo. Vlterius patet non esse scientiam Fidei contrariam, quia Astronomia duce dignoscuntur Domini Nostri Iesu Christi, & sanctorum Patrum opera fuisse miraculosa; nam Prophetarum, & Domini Nostri miraculis non possunt assignari causæ naturales, neque via naturali, aut Astronomica, ex influxibus, & reuolutionibus stellarum, tunc currentium, quo pręfactorum sanctorum operationes fuerunt miraculosæ: nam via motus cœlestium, Astrologi cognouerunt eclipsim in passione Domini factam, fuisse miraculosam, & extra Naturæ terminos. Vnde Diuinus ille Areopagita proclamauit voce magna; aut Deus Naturæ patitur, aut tota Mundi machina dissoluitur. Ideò Astrologus à priuatione causarum tunc currētium, prædicta miraculosa fuisse statuit; non erit igitur Fidei cōtraria, & sicuti aliæ

partes

partes physices nō lædunt Religionē Christianā, ita neq; Astrologia nam hāc quoq; esse partē physices sentimus.


Alij tandem dicunt, scientiam esse incognitam, propter infinitam stellarū multitudinem, & non cognoscūt isti, quod illorum verba potius arguunt difficultatem in modo procedendi, quam impossibilitatem cognoscendi: æquidē distinctiori modo prædiceret Astrologus, si omnium stellarum haberet notitiam, neque stellarum multitudo impedit Astrologum in suis operationibus, sicut neqne plurima simplicia, & infinita medicamenta ignota Medicis, non impediunt Medicum, quin exeat in proprias operationes, in tradendis remedijs corpori humano pro sanitate conseruanda, & ægritudine repellenda; melius itaque ex notitia omnium simpliciū prouideret Medicus, & in breuiori tēpore, distinctiori modo prouideret, & prædiceret Astrologus, cuius prædictiones in morbis, & alterationibus (proposita decubitus, & morbi hora, melius respondent) quam faciant quorundam Medicorum mendacia prognostica: Non loquor de sapientissimis illis Medicis, qui tāta eruditione, maximo hominum concursu, atque admiratione priuatē, & publicē Medicinā profitentur, eandemq́; celebrem, claram, diuinamq́ue reddunt, in curationibusq́; corpora ferè sepulta, diuinis remedijs in lucem reuocāt, & salute prædita, pristinæ saluti, quasi miraculo quodam restituunt. Non loquor inquam de illis Medicis, qui candidè artem tractant, & quibus meritissimi honores conueniunt, & omni laude dignis, quos Deus elegit pro conseruatione Christianæ Reipublicę, vt apud Ecclesiasticum legimus; Honora Medicum propter necessitatē, etenim creauit eum Altissimis à Deo enim est medella omnis, & à Rege accipiet donationem; disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu Magnatū col-

lauda-

laudabitur, Altiſſimus de terra creauit Medicinam, & Vir prudens non abhorrebit eam: Loquor inquam nũc, & ſemper de quodã Pſeumedicorũ genere, qui ad perniticm, & internectionem hominum nati, tragedias ſæpè peſſimas excitãt, & quos curandos ægrotos ſuſcipiũt, deteriores remittunt, quã accipiant; imò audacia penè militari ſæpè iugulant; Iſtis hominibus ſtultum vulgus hactenus credidit, & ſeipſum in illorum poſtribula maximo pretio locauit. Mirum ſanè eſt, quod Medicinæ nulla homicidij pœna, in Ciuitatibus ſit conſtituta, præterquam ignominiæ, quæ tamen non afficit eos, qui ſibi poſtquam placere cæperint, facilè, & alijs placent, dum eleganter, & ex compoſito perſonas induunt, cuiuſmodi ferè in tragedias conſueuerunt. Damnet hoc inquam hominum genus Aſtrologiam, motus, & influentias. Adlatrent ſuis maledictis.

Quod verò ad me attinet, malum ego certè optimorum Aſtrologorum æmulari negligentiam, quam iſtorum Veſpertilionum obſcuram diligentiam.


In reliquis nihil à me dictum ſit vnquam, nec ſcriptũ, quod ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ repugnet.



Calculus lunaris deliquij Anno 1614. iuxta Tabulas Tichonicas, ab Excellentissimo Magino correctas, die 23. Aprilis in g. 3. 51. Scorpionis.

H.	1	11.
16.	16.	15. Initium.
17.	32.	17. Medium.
18.	48.	19. Finis.

Digiti Ecclipticí 5. 31.
Tempus incidentiæ 1. 16. 2.




Oc Anno 1614. erunt multæ Eclipses; sed quia in hac nostra Ciuitate duas tantum videbimus; scilicet vnam Lunarem, quæ celebrabitur die 23. Aprilis in g. 3. 51. Scorpionis. Alteram Solarem, quæ sequetur die 3. Octobris in g. 9. 58. Libræ, & erunt maximè considerationis; has tres tantum tractabimus.

Lunaris igitur, secundum calculum factum, & editum ab Excellentissimo Magino, in Tabulis de motu Martis, in quibus ponit exemplum harum duarum Eclipsium, vt ostendat Origano (cuius calculum non sequor) se non rectè obseruasse regulam corrigendi semidiametros Lunæ, ab eruditissimo Keplero traditam, in suis Paralipomenis ad Vitelionem; & inconsultè secutus est eandem regulã: & sic reprehenditur ab ipso; quamuis sit de more omnium studiosorum errata non confiteri: cũ sit adamante res durior; sed quia hæc omnia, quam primum in lucem habebimus; vnusquisque, qui hæc studia cogno-

ſcit, non factioſus cauſarum ſuarum, ſit iudex; & videat quam extra negotiũ, doctiſſimus ille Origanus, in Apologia aduerſus Maginũ, maledictis incuſet eundem apud ſuas vltimas Tabulas, ſed dimiſſo hoc, attingamus rem noſtram.

Erit Eclipſis Lunæ die 23. menſis Aprilis in gr. 3. 5. Scorpionis, h. 16. 16. 15. P. M. & ſecundũ horologium noſtrum die 24. h. 9. 16. 15. in qua erit principium, & medium h. 10. 42. 17. finis 11: 58. 19. obſcurabuntur ex lunari corpore, digita 5. 31. Aſcẽdet ſupra Orizontem noſtrum g. 10. 13. Arietis, & Luna erit in ſigno Scorpionis in domo Martis; qui Mars erit dominator iſtius loci Ecliptici, & habet exaltationẽ ĩ angulo ſubſequẽti ſigno Ecliptico; dominus pariter ſigni aſcẽdentis: Maleficus hic Planeta in iſtis inferiorib. effectus, ſecundũ naturam ſuam producet; quapropter non poſſumus bene ſentire de hoc ſuo dominio, cum ſit quoque peſſimè poſitus in figura cœleſti, in 12. in domo Iouis, in ſigno intercepto, & non parum diſtat ab aſpectu ſextili Veneris, quæ eſt in domo propria. Noxium igitur aerem attulerit, cum fructuum penuria, & plantarũ damno, domeſticorumq. animalium: Erunt præterea motus, & alterationes in regionibus illis, & Ciuitatibus, quæ ſubiacent ſigno Ecliptico; quas dignis cauſis non recenſeo; cum ſit in aſpectu Veneris, parturiet morbos, & infirmitates in mulieribus, & multi hoc tempore afficientur infirmitatibus pedum, & crurium: Vnde placeat Deo, ne agris noceat hæc Eclipſis, cum ſequatur in tempore, in quo omnia ſunt diſpoſita ad damna ſuſcipienda.



C Sola-

Solaris Eclipsis calculus, iuxta easdem Tabulas die 3. Octobris in g. 9. 58. Libræ.

H.	1.	11.	
0.	15.	36.	Initium.
1.	6.	54.	Medium
2.	8.	57.	Finis.
1.	53.	21.	Tota duratio.

Magnitudo digitorum 7. 11.
Tempus incidentiæ 0. 51. 18.
Emersionis 1. 2. 3.

SEquetur alter Eclipsis Solis, maximè considerationis; die 3. Octobris in g. 9. 58. Libræ, h. 0. 15. 36. P. M. & secundum horologium, h. 18. 30. 36. in qua hora erit principium; medium verò 19. 21. 54. finis 20. 23. 57. tota duratio 1. 53. 21.

Ascendet supra Orizontem g. 19. 29. Sagittarij, & luminaria erunt supra terrã in medio cœli in domo Veneris, quæ est damnata ab oppositione, malefici Saturni, qui est sub terra, retrogradus in domo Martis, & Mars supra Occidentalem angulum: Venus in signo Virginis vnà cum Mercurio, & Iouis eleuatus est in 11. in domo Martis; Venus erit domina huius Eclipsis, cum sequatur in domo propria, cum aliqua participatione Iouis, domini ascendentis, & anguli succedentis signo Ecliptico: Hæc Eclipsis erit potens, cuius effectus erunt similes, cum celebretur im M.C. & videbimus, & audiemus potius in futuro Anno: Quamuis secundum naturam Planetarum, deberemus bene sentire; tamen aliter sentio, quia oppositio Saturni tempore Eclipsis cum luminarijs: & paulo post Luna currit ad quadratũ Martis, vnde effectus erũt dissimiles, vt videbimus, & audiemus.

HYems nubibus, & caligine fusca, quæ lõgis interdũ pluuijs abundabit; capiet initium, secundum Astrologos, & Tichonicas Tabulas ab Excellentissimo Magino correctas, nondum æditas, & facillimè tractatas, quæ breui tempore in lucem prodent, die 21. mensis Decembris, anni 1613. h. 3. 19. 18. post meridiem; & secundum horologium commune h. 22. 58. 18. Ascendet supra Orizontem g. 15. Geminorum; & Sol erit in 7. mansione cœli, in qua Mars in domo Iouis reperitur; Luna erit in 12. in domo Veneris, quæ discessit ab oppositione Iouis, qui est sub terra in domo Veneris, quæ est in M. C. in domo Saturni positi supra terram in domo Iouis in 11. Huius hyemalis quadrantis Saturnus erit dominator, qui est dominus loci Solis, & habet trigonum in signo ascendente, & dominium in loco succedẽte Soli; & in figura præcedentis oppositionis dominus anguli succedentis Soli, cum aliquo quoq; Mercurij dominio. Cõsiderato dominio huius Planetæ, & viderim aliorum locũ in figuris; congressus hoc tempore superiorum, & inferiorum Planetarum, rudi ingenio asserere cogor Hyemem frigidiorem esse debere; quam soleat, & longam cum pluuijs, & ventis, & aere corporibus noxio; præcipuè in principo, & fine mẽsis Februarij cũ Saturnus erit coniunctus Veneri, & Mars Mercurio; tunc habebimus frigidos vẽtus; in fine huius hyemalis quadrantis, præter aeris mutationem, quæ erit breuis, audiemus quoque multa, de quibus discurremus circa illud tempus.

I A N V A R I V S.

IAnuarius mensis, quando à natiua sua qualitate frigida,& exsiccante, seu potius congelante, ad tepiditatem, & humiditatem, resoluente congelita declinat, catharros, & defluxiones ad pectus excitat, tussim creat, & causam apoplexiæ, alijsq; ægritudinibus præbet. Conueniens ergo est hoc tempore vti mane ante cibum aromatibus, & herbis exsiccantibus, & bibere vinum forte meracum: sunt, qui conducere statuunt vinum adustum, vel aquam vitæ cũ aniso, & alijs aromatibus, ex vino extractam, & destillatam.

Dies verò, in quibus nec medicina, nec venæ sectio sunt concedenda ægrotis: sunt sequentes 1. 2. 3. oppositio Saturni, & quadratura luminarium; & Mars pariter in Lunæ quadrato; 8. 9. 10. quadratura Saturni, & cõiunctio Martis, & luminarium; 14. 15. 16. 17. sunt pessimi; coniunctio Saturni, luminarium, & Martis quadratura; 22. quadratum Saturni; 24. 25. Martis, & luminarium oppositio; 29. 31. pariter propter appositionem, & quadratum Martis cum Luna.

Vltima luminariũ quadratura sequetur die 3. Ianuarij 1614. ascendet g. 19. Arietis, & erit ferè in meridie; erit trinus aspectus Iouis, & Veneris; & quamuis die 4. Mercurius sit in cauda Delfini, videbimus aeris serenitatem; & ante nouiluniũ Sol orietur cũ cauda Scorpioni, frigidos ventos cum turbatione aeris inspiciemus.

Nouilunium sequetur die 10. h. 13. 16. in signo Capricorni, ascendente gr. 22. Sagittarij, Iouis erit dominator, & luminaria erunt sub Orizonte in domo Saturnis, vnà cum Marte, & ferè cum nebulosis stellis; Saturnus est sub terra in domo Iouis, qui in signo Libræ reperitur in M. C. Mars oritur cũ fidicula; & in sequenti die

cum

cum stellis nebulosis Sagittarij, Sol quoque orietur cum cornu Boreali; & Australi Capricorni; & quãuis Iouis sit supra terram potens, nihilominus erunt dies frigidissimi, & nebulosi; & die pariter 13. 14. Die 15. erit quadratus aspectus Solis, & Iouis, qui aeris serenitatem afferre solet, nisi impediatur à succedenti sextili Saturni, & Solis, qui reddet impurum aerem, corporib. summopere noxium.

Prima quadratura erit die 17. h. 4. 47. noctis sequentis, ascendente g. 22. Virginis; Iouis erit oppositus Lunæ, & erit sextilis Veneris, & Martis; vnus in Saturni domo, alter in domo Iouis, in 7. mansione cœli; habebimus ventos, & pluuiam in hac quadratura, quæ erit varia, cũ nebulis, & frigidis ventis, fortasse cum niue, circa tempus oppositionis luminarium, & in coniunctione Solis, & Mercurij.

Plenilunium sequetur die 25. h. 3. 16. n. s. ascendẽte g. 10. Virginis; Mercurius erit dominator, & Luna reperitur in vndecima in signo Leonis, quæ non distat ab oppositione Mercurij, & Sol in sexta in signo Aquarij, vnà cum Mercurio: Mars sub terra potens in domo Saturni, & Saturnus in domo Martis, in sexta cœli mãsione; Iouis erit in domo Veneris in signo Libræ; & Mercurius erit cum Delfini canda, in istis diebus ab oppositione vsque ad vltimam Lunæ quadraturam, tempus erit tediosum, & nebulosum cum dispositione ad niues, cum frigidis ventis; die 29. 30. erit aspectus sextilis Saturni, & Mercurij, erit quoque tempus dispositum ad niuem, cum frigido vento, & forsan cum aqua.

Vltima luminariũ quadratura erit die prima Februarij, h. 2. 25. n. s. ascendente g. 10. Virginis, erit ferè eadem hora coniunctio Saturni, & Veneris pessima; & ferè in meridie fuit quadratura Iouis, & Mercurij; vnde

hi duo

hi duo aſpectus erunt potentes ad alterationm aeris, & erunt dies peſſimi pro humanis corporibus, habebimus ventos pariter, & pluuiam vſque ad diem quartam: die verò 5. circa Solis occaſum erit coniunctio Martis, & Mercurij, quæ ſolet afferre ventos frigidos, cum diſpoſitione aeris ad niues; quamuis propè coniunctionem luminarium, eſſentialem aeris mutationem ſumus viſuri; cũ ſequetur quadratura Iouis, & Martis, quæ deberet reddere remiſſionem frigoris, & afferre bonam aeris temperiem; & quandoque tonitrua ſuſcitare, ſi cœleſte conſtitutiones Planetarum non impediunt hos effectus.

FEBRVARIVS.

FEbruarius menſis humiditates auget, tum in aere ob vapores, qui ex aſcenſu Solis, & radijs directionibus copiosè attolluntur, & viciſsim frigiditate aeris reſoluti in aquas, in ſuperficie terræ delabuntur, tum in corporibus, in quibus ſanguis ebolire incipit: bonum igirur eſt aduerſus frigus, quod hoc menſe cum primis nocet, & varijs morbis cauſam dat, corpus bene nutrire, calidisq. balneis, & fomentis fouere, ſimulq. victu tenuiore vti, ne corpora repleantur; bonum eſt quoque ſe domi continere, neque aeri, qui maximè eſt inſalubris, ſe committere.

Dies, in quibus nec medicina, nec venæ ſectio eſt ægrotis concedenda ſunt ſequentes: Die prima, 4. 6. 8. eſt quadratura luminariũ, & Saturni cum Luna, Mars erit coniunctus quoque Lunæ. Die 8. 11. 14. erit coniunctio luminariũ, Saturnus erit coniunctus Lunæ, Mars erit in quadrato aſpectu. Die 16, 19. 22. erit quadratura Lunæ, & Solis, Saturni pariter; Mars erit oppoſitus Lunæ: Die 24. & circa 26. 28. erunt dies infelices.

Con-

Coniunctio luminariũ ſequetur die 8. Februarij hora 2. 26. ſequentis noctis, aſcendente g. 9. Tauri, Mrrcurius erit dominator; luminaria erunt in ſexta manſione cęli, in domo Saturni, Mercurius, & Mars ſunt ferè cõiuncti in ſigno Capricorni, non multum diſtantes à ſextili Saturni, qui reperitur in angulo Occidentali, in Domo Iouis; Mars oritur cum cornu Capricorni; Sol erit cum cauda Capricorni, & ſequenti die erit aſpectus ſextilis Martis, & Mercurij, ſolet afferre vẽtos, cum aliqua frigida pluuia; niſi impediatur effectus à valido quadrato Iouis,& Martis, ante ipſam coniunctionem: Die 11. & verſus 12. erit quadratura Iouis,& Mercurij,quæ vẽtos mouebit, & forſan cum aqua; & die 14. pariter erit aſpectus Saturni, & Mercurij, tempus erit ſimile,& ante hanc primam quadraturam erit diſpoſitum ad aëris ſerenitatem, quia Iouis, & Sol erũt in trino aſpectu ſimul.

Prima quadratura erit die 16. paulo poſt Solis occaſum, aſcendet g. 10. Virginis, Luna erit ſupra terram, & Saturnus in aſpectu Lunæ,tempus forſan erit bonum, ſed mutabitur 18.19. quia Mercurius, & Mars oriuntur cum cauda Delfini, erit varium, & nebuloſum vſque ad oppoſitionem luminarium.

Erit oppoſitio Lunæ,& Solis in ſigno Piſcium,& Virginis die 24. h. 15. 36. aſcendente g. 9. Tauri, erit Venus domina, quæ eſt in duodecima in domo Martis,qui Mars eſt eleuatus ſupra terram cum Mercurio in domo Saturni, qui eſt in domo Iouis,& Iouis in domo Veneris propè angulum Occidentalem: Venus oritur cum ædis,& fuit paulò ante coniunctio Mercurij, & Martis, quæ eſt peſsima; & nos omnes putabimus Hyemem de nouo inſurgere velle, quia erunt ventus, & tẽpus in hoc aſpectu ſolet afferre niues; & ſi Sol attingeret ſignum Arietis, in huiuſmodi congreſſu arbores, ſegetes,& plã-

tæ

tæ, summoperè afficerentur, & alij sequentes dies imitabuntur, sed circa finem mensis Februarij, quando erit oppositio Iouis, & Veneris, videbimus iocundam aeris serenitatem, quæ breui tempore permanebit.

MARTIVS.

MArtio mense, & si sanguis in corporibus humanis valde augetur, tamen eundem per venæ sectionẽ, temere purgare, saniores Medici valetudini aduersari statuunt, nisi pleuritidis, febrium ardentium, vel aliorum morborum initia, eandem efflagitent. Conducit igitur balneis calidis frequenter vti, quo corpora à sordibus, quæ eadem hoc tempore maximè inquinãt, abluatur: Vesci mane ruta, pulegio, saluia, aduersus veris infectiones, & vinũ absinthiacũ bibere ad discutienda flegmata, & consumendas cruditates; Commodũ est hoc tempore quoque vti cibo pauco, dulci, & bene nutriente.

Dies verò, in quibus medicina, nec venæ sectio est ægrotis concedenda, sunt sequentes; Die 2. 4. 7. est quadratura luminarium, Saturnus est in quadrato aspectu Lunæ, & Mars coniunctus: 10. 11. & circa 13. erit nouilunium; Saturnus coniunctus Lunæ, & Mars in quadrato aspectu: 18. 23. est quadratura Solis, & Saturni cum Luna, & Mars oppositus: 25. 29. 31. sequetur plenilunium, Saturnus erit oppositus Lunæ, & Mars in quadrato aspectu.

Vltima quadratura Lunæ, & Solis erit die secunda Martij, h. 8. 56. n. s. ascendente g. 25. Sagittarij; Sol reperitur sub terra, & Luna supra Orizontem; Mercurius, & Mars erunt cum pessimis stellis, & Saturnus in quadrato Lunæ; hæc quadratura erit pessima, cum vẽ-

tis, nebulis, & corporibus nostris aer frigidus nocebit, & erit varius ferè vsq; ad æquinoctiũ, erit trinus aspectus Iouis, & Mercurij; Mars orietur cum cauda Capricorni; Venus cum cornu Arietis, & Mercurius cum capite Medusæ.

Coniunctio luminariũ sequetur die 11. Martij, h. 17. 4. ascendẽte g. 28. Geminorum; Mercurius erit dominator; qui reperitur in medio cœli, in quo loco luminaria quoque erunt, & Luna velociter currit ad cõinnctionem Saturni, qui est in domo Martis, & Mars in nona cœli mansione, in signo Aquarij, qui orietur cum cauda Capricorni; Venus in domo sua, & Iouis erit in domo Veneris sub terra in signo Libræ; erit frigidus aer: Die 12. 13. 14. erunt nubes, & ventus: Die 16. vsque ad primam quadraturam, erit trinus aspectus Iouis, & Martis; Mars occidet cum cauda Delfini, erit mutatio, & forsan tonitrua sentiemus; & perspiciemus Hyemẽ cedere velle, quamuis post æquinotiũ reuerti eamdem credemus, cum maximo plantarum damno.

Prima quadratura Lunæ, & Solis erit die 18. h. 19. 56. ascendente g. 11. Leonis; & die 19. 20. instabilis erit aer: Die 23. 24. debemus timere totos dies vsque ad finem istius mensis; quia præter aeris alterationem, quæ corporibus nocumentá inducet; audiemus quoque res nouas, & tempus erit frigidum, erũt nubes, & caliginosus aer, propter coniunctionem Solis, & Saturni, quæ sequetur paulo ante oppositionem luminarium in domo Martis, qui præcedenti die oritur & ipse, cum capite Algol, & occidit cum altera stella.

Erit coniunctio luminariũ die 25. h. 1. 40. s. n. ascendente g. 25. Libræ; Venus dominabitur, & ferè in eadem hora Luna est coniuncta Saturno, qui est in sexta domo cum Sole, & Mercurius quoque in eodem signo; Venus

erit

erit in propria domo, in octaua mãsione cęli,& Iouis supra Orientẽ in domo Vener.& Mars sub terra in domo Iouis; & sequenti die, de nocte, erit coniunctio Saturni, & Mercurij; & ante oppositionem fuit oppositio Solis, & Saturni: Dies erunt frigidi, caliginosi, cum humido, & pluuia, & pessimi; & Hyemem reuiuiscere nobis persuademus: Plantæ,& flores, segetesq. lugent eorum accessum, & penitebunt ipsas cum maturè apparuisse: Die 28. 29. 30. Mercurius oritur cum cornu Arietis; sequetur coniunctio Solis, & Mercurij, Mars, & Venus occidunt cum stellis fixis, erit ventus, & forsan frigidus imber.

DE VERE.

VErnale æquinoctium, secundum antedictas Tabulas, erit die 20. Martij, h. 4. 7. post meridiem; & secundum commune horologium h. 22. 7. Ascendet supra Orizontem g. 8. 22. Virginis; Sol erit in septima mansione cœli, non multum distãs à coniunctione Saturni, qui supra septimam in domo Martis reperitur, qui est in sexto loco ab ascendente, in domo Saturni,& propè quadratum Iouis, qui est in domo Veneris in 3. mansione cęli; Luna supra terram in propria domo, ferè in quadrato Iouis: Venus pariter est in domo sua supra terram, & supra Occidentalem angulum: Mercurius erit dominator huius quadrantis Vernalis, cum sit dominus signi ascendentis, & anguli succedentis Soli; & in hoc dominio Iouis aliquantulum valet; quia est dominus cõiunctionis præcedẽtis ingressui Solis in primo puncto Arietis, visis configurationibus Planetarum; & multis alijs, innixus fundamentis Ptolemaicis, dico, Ver ipsum debere esse frigidum, cum vento simili; cuius cau-

sa possumus expectare damna in plantis, floribus,& fru-ctibus, quia erit aer frigidus, qui quandoq; excedet terminum temporis; præcipuè verò, versus finem mensis Martij, quando Sol, & Saturnus erunt coniuncti simul, in domo Martis, in signo triplicitatis igneæ; & quando Saturnus erit coniunctu's Mercurio, in eadem domo, tunc credemus omnes Hyemem de nouo insurgere velle; pariter post primos dies mensis Maij, quando Saturnus, & Mars erunt simul coniuncti in eadem Martis domo; & tunc habebimus periculosa tempora, & forsan multi lugent hic; & alibi quoque, vbi erunt dissimiles effectus; Imò addo, quod in temporibus istis, vel paulo ante audierimus res nouas, ex illis Regionibus, quæ signo Arieti subiacent; cum martialibus effectibus: quod confirmatur ab Eclipsi Lunæ, quæ erit in signo opposito loci ipsius maleficorum coniunctionis: Corpora vlterius patientur capitis dolores; & erunt infirmitates, & distil-lationes; Mars verò, qui in figura ingressus Solis in Arietis puncto, reperitur in sexta; in domo Saturni, ostẽdit pariter in hoc Veris tempore, corpora affici debere morbis, in partibus illis, quibus signum præest. Potest interim supremus Motor hos effectus, & influxus soluere; apud quem fundemus preces, vt mala auertat, & misericordia sua bona concedat.

A P R I L I S.

APrilis mensis purgationibus instituẽdis accommodatissimus est; siue fiant per venæ sectionem, siue per alui laxationem, siue etiam per sudores. His enim varijs morbis, qui hoc tempore homines efferuescentia, & ebullitione humorum vexare solent; oriuntur: laboribus etiam corpus defatigare, ciboq., & potu non ni-

hil

hil ſubtrahere: piſcibus item ſalitis abſtinere; boni verò ſucci cibis, vt ouis, & pullis veſci, ſanitati in primis conducit.

Dies verò infelices pro medicina exhibenda, & venæ ſectione concedenda ſunt ſequentes: Die 7. 8. 9. 15. 16. 21. 23. 27. 28. 30.

Vltima Lunę, & Solis quadratura ſequetur die prima Aprilis, qui erit admodum humidus, h. 16. 16. aſcendēte g. 12. Cancri, Luna diſceſſit à quadrato radio Saturni, & currit ad quadratum Iouis, & Mercurij; Venus ſequenti die orietur cum pleiadibus, videbimus forſan ſubitam pluuiam: Die 4. 5. Mercurius naſcetur cum ædis, & occidet cum cauda Cigni; ſequetur oppoſitio Iouis, & Veneris, erit frigidus aer de mane, & videbimus aquam, ſed tempus poſtea erit ſerenum, & ſalubre vſq; ad plenilunium.

Sequetur coniunctio luminarium die 8. Aprilis, h. 8. 43. s. n. aſcendente g. 14. Aquarij, Sol, & Luna erunt in ſecunda manſione cęli, vnà cum Saturno, in domo Martis, cum Mercurio oppoſito Ioui, exiſtēti in octaua manſione cœli in ſigno Libræ; Mars eſt eleuatus ſupra Orizontem in domo Iouis, qui occidet cū cauda Leonis; & die ſequenti erit oppoſitus Lunæ, videbimus ſubitā pluuiam: Die 10. 11. 12. Saturnus oritur cum cornu Arietis, & Mercurius occidet cum eadem ſtella, & ſequetur coniunctio Solis, & Iouis; Sol oritur cum capreolis, erit frigidus aer de mane, ſed gratam aeris ſerenitatem videbimus, & erimus certi aduenisse Ver, & in fine quadraturæ, quia Mars oritur cum peſſima ſtella, audiemus tonitrua, cum periculoſo tempore.

Prima quadratura erit die 18. h. 11. 52. aſcendente g. 25. Tauri, tempus erit diſpoſitum ad bonum; 19. 20. 21. habebimus forſan aquam cum tonitruis, & tempus ſeque-

sequetur vsque ad plenilunium, cum grato aere.

Oppositio luminarium erit die 24. h. 9. 54. ascendẽte g. 22. Arietis; Mars erit dominator, qui est eleuatus in vndecima in domo Iouis, non multum distat ab aspectu sextili Mercurij, & Veneris, qui reperiuntur sub Orizonte cum Sole in domo Veneris; Luna in domo Martis; Saturnus est supra Orizontem, & Iouis ferè in medio cœli; & sequenti die erit aspectus sextilis Veneris, & Martis, habebimus forsan aquam, cum aliquo vẽto: Die 26. Venus, & Mercurius erunt coniuncti, erunt nubes, & venti, & in his vltimis mensis diebus, quia Iouis oritur cum Virginis spica; Mercurius occidit cum pleiadibus; Mars est in sextili aspectu Mercurij, aer erit frigidus, cum ventis pariter.

Vltima quadratura erit vltima die Aprilis h. 1. 26. n. ascendet gr. 25. Scorpionis, tempus erit simile, & in primis diebus mensis Maij videbimus nubes, cum incerto tempore, cum Sol oriatur cum pleiadibus: dies verò circa coniunctionem, restituent nobis bonam aeris serenitatem.

MAIVS.

MAius mensis balnea calida, & emulientes cibos exposcit; potest, & quisque hoc tempore pleniore victu vti, modo sibi caueat à cibis salsis, & cerebris animalium, quę pituita salsa, & superfluitatib. inutilibus corpus replent; venam quoque epaticam multi hoc mẽse vtiliter secant; & in pratis, & hortis, cantu, sedibus, & alijs ludiecris exercitijs sese oblectãt, & symposia agitãt, quo sanguis piger, & melancolicus excitetur, & quasi reuiuiscat.

Dies verò infelices pro medicina exibenda, & venæ

sectio

sectione concedenda sunt sequentes; Die 4. 5. 8. Die 13. de mane malefici sunt cum quadrato aspectu Lunæ: 16. 19. 20. 23. 25. 29.

Erit nouilunium die 8. mensis Maij, h. 0. 24. n. ascẽdente g. 21. Scorpionis; erit dominator Mars, qui reperitur sub terra ferè coniunctus cum Saturno, & in aspectu sextili Mercurij, qui est in propria illius domo in Occidente; luminaria reperiuntur in quinta mansione cœli in domo Veneris; Iouis est eleuatus in vndecima, in domo ipsius Veneris, & ferè oritur cum Virginis spica; & die sequenti sequetur coniunctio Solis, & Veneris, deberemus videre bonam aeris temperiẽ, ob aspectum dictum; sed quia succedunt infelices constitutiones planetarum in sequentibus diebus; vereor ne habeamus dissimiles effectus; quia die decima erit aspectus sextilis Saturni, & Mercurij, qui solet afferre frigidam pluuiam cum vento: Die 11. Mars oritur cum cornu Arietis: Die 12. & versus 13. erit pessima cõiunctio Saturni, & Martis, quæ forsan mouebit subita tempora, cum tonitruis, & hæc coniunctio erit admodum pessima pro corporib. nostris, & debemus timere; & circa hęc tempora nouas res audiemus.

Prima quadratura erit die 16. h. 24. ascendente g. 1. Sagittarij, bonum erit tempus, & turbabitur circa diem 19. sed die 20. 21. habebimus ventũ forsan, & aquam, & sequetur postea vsque ad luminarium oppositionem.

Plenilunium erit die 23. in meridie; ascendẽte g. 11. Virginis; erit dominator Mercurius, qui est eleuatus in nona domo cum Venere in illius domo: Sol est in M. C. Saturnus, & Mars sunt in Occidente; Luna erit sub terra in domo Iouis, qui reperitur in domo Veneris, & ferè in eadem hora sequetur oppositio Iouis, & Martis; quę erit potens ad alterationem aeris, quia solet afferre ae-

rem turbidum, cum vento; & circa hos dies tonitrua, & alia excitare; & in hoc mense multi lugēt: Die 26. Mars oritur cum hædis, & est in quadrato aspectu Lunæ, & Iouis, pariter erunt aliquæ nubes, sed tempus erit dispositum postea ad bonum, vsque ad vltimam quadraturam Luminarium.

Vltima luminarium quadratura sequetur die 30. h. 21.53. ascendente g. 1. Leonis, tempus erit simile: Die prima, & secunda Iunij, Saturnus erit coniunctus Lunæ; Mars oppositus; Sol, & Saturnus in sextili aspectu, habebimus aerem turbidum, cum nebulis: Die 3. 4.5. postea erit dispositum ad bonum; & in fine quadraturę gratam aeris temperiem.

IVNIVS.

IVnius mensis, quo, vt & reliquis æstiuis, humiditates in corporib. animalium soluuntur, & extrahuntur, abstinendū est à magnis laborib. & vsu medicamentorū purgantium, & balneorum calidorum, nisi summa necessitas, quæ legem frangit, aliud exigat; quia enim medicamenta, & balnea humores e suis vasis eliciunt, & mouēt, quod aeris constitutio alias hoc tempore copiosissimè quoq; prętat, efficitur, vt illorum vsu humores absumantur, & cum hijs calor natiuus, ac natura deficiat, vel languescat; conueniens ergo est quietā vitam viuere, & modicè infrigidanti, & humectanti victu vti. Dies verò infelices pro medicina exhibenda, & venæ sectione concedenda sunt sequentes; 1.3.7.9.11.15.18. 21.22.24. 28.29.

Lunæ, & Solis coniunctio sequitur die septima mens. Iunij, h. 15.34. ascendente g. 9. Virgin. Mercurius erit dominator, qui est cum Venere in domo sua, luminaria

erunt in M. C. in trino aſpectu Iouis, qui eſt ſub terra in domo Veneris retrogradus; Saturnus, & Mars in octaua manſione cœli. Et quamuis Venus oriatur cum pleiadibu. Mercurius occidit in zona Orionis, & Mars cum cornu Arietis: nihilominus, quia fuit aſpectus trinus Iouis, & Solis, credo, quod tempus erit ſerenum, & bonū; tametſi viſuri ſumus ſubitam aeris mutationem in hac quadratura, quæ Ruſticos terrebit.

Prima quadratura luminarium erit die 15. h. 10. aſcendente gr. 12. Cancri, Iouis erit dominator, qui die ſequenti erit coniunctus Lunæ, & Saturnus oppoſitus; de mane forſan videbimus turbidum aerem, & in hac quadratura tempus erit incertum, & videbimus nubes.

Oppoſitio ſequetur die 21. h. 0. m. 10. aſcendente gr. 1. Capricorni, Saturnus erit dominator, qui eſt ſub terra in I. C. in domo Martis, qui eſt cum Venere in illius domo; Sol, & Mercurius erunt in ſexta manſione cœli in domo illius: Luna erit in domo Iouis in decima; Iouis verò in medio cęli eleuatus in ſigno Libræ, tempus erit mediocre; ſequenti die Mercurius oritur cum hædis; & die 23. erit aſpectus ſextilis Satuurni, & Mercurij; videbimus forſan minutam aquam; cum vento; die 25. 26. pariter ventos habebimus.

Vltima luminarium quadratura erit die 28. h. 8. 47. aſcendente g. 0. Piſcium, ſequenti die Saturnus erit coniunctus Lunæ; Iouis verò oppoſitus, tempus erit ſimile, & incertum; & iſti dies vſque ad nouilunium erunt peſſimi, ob currentes aſpectus; eſt oppoſitio Saturni, & Iouis, & quadratura Solis, & Saturni; tonitrua ſentiemus, turbidum aerem videbimus, & ſubita tempora inſpiciemus, & totus hic menſis erit peſſimus pro hominum valetudine; & vnuſquiſque ſtudeat ſuæ ſaluti; quia habebimus infirmitates, & Medici ridentes, curabunt.

SOlstitium æstiuum, iuxta nominatos calculos, sequetur die 21. mensis Iunij, h. 8. 2. post meridiem; & secundũ nostrum horologium, erit paulo post Solis occasum; idest h. 0. cum minutis 23. Ascendet supra Orizontem g. 5. 22. Capricorni; & Sol erit sub angulo Occidentali, & Luna pariter sub Orientali signo, quia paulo ante Solis ingressum in primo pũcto Cancri præcessit plenilunium; Mars erit cum Venere sub terra in illius domo; & Saturnus in domo Martis, & Mercur. in propria domo, in quinta mansione cœli; Iouis erit solus supra terram, eleuatus in domo Veneris; Mars erit dominator, qui habet trigonum in loco Solis, & exaltationem in signo ascendentis; præterea est dominus anguli succedentis Soli, & in figura præcedentis oppositionis, habet trigonum in signo ascendentis, & in angulo succedẽti Soli, cum aliqua Saturni participatione: maleficus hic Planeta cum dominetur huic æstiuæ quadraturæ cũ aliqua parte alterius malefici; dico Aestatem futuram esse multum calidam, cum vento; non erimus sine tonitruis, & subitis temporibus; Erunt pleuritides, & febres acutæ; præcipuè in mense Iulij, & circa finem mensis Augusti; & cum sit Venus in propria domo cum Marte, mulieres magis afficientur, quàm homines.

IVLIVS.

IVlio mense, quo calor aeris, diuturna radiorũ solariũ directorũ actione, & signo appropriato Leonis, cũ quo & oritur Sirius; stella cęli post luminaria, & Venerem, ac Iouem fulgentissima, intensissimus est; & si vt antecedente, humectante, & infrigidante victu vten-

dum, vt lactuca, aceto mixto, asparago, & vino, aqua diluto; tamen cauendum, ne corpora vel calore Solis, & aeris, vel motu, vel alijs de causis calefacta, subitis, & magnis haustibus infrigiduntur, quando infrigidationes illę variorum morborum causa sunt.

Dies ægrotis insalubres sunt sequentes: Die 2. 6. 7. Mars erit cōiunctus Lunæ, sequetur nouilunium, & erit quadratura Saturni, & Lunæ: 10. 13. 14. Mars erit in quadrato aspectu Lunæ; Saturnus oppositus, & luminaria erunt in quadrato aspectu simul: 20. 21. 23. malefici in quadrato aspectu Lunæ, & sequetur plenilunium: 26. 28. 31. erunt pessimi.

Sequetur plenilunium die sexta mensis Iulij, h. 3. 56. ascendente g. 3. Geminorum; Mercurius erit dominator; luminaria erunt in secunda mansione cœli, ferè in quadrato aspectu Saturni, qui in domo Martis est eleuatus supra terram; Iouis est sub terra ferè oppositus Saturno, in domo Veneris, quæ cum Marte est eleuata supra Oriētem in propria domo, & quia præcessit quadratura Solis, & Saturni, erit tempus corporibus insalubre, cum calore, & aere molesto: Die 10. vsq; ad finem quadratnræ; quia est quadratus aspectus Solis, & Iouis, sequetur simile, cum calore, vsq; ad primā quadraturam, quando Iouis, & Mercurius erunt in quadrato aspectu simul. habebimus ventos, cum aeris mutatione.

Vltima quadratura erit die 14. Iulij, quasi in meridie, ascendente g. 24. Libræ, erunt venti; & in sequentibus diebus Mercurius oritur cū Hercule; Mars occidit cum pleiadib. & erit coniunctio Solis, & Mercurij, erit pariter ventus, & videbimus nubes, & in fine quadraturæ erit mutabile, & forsan videbimus aquam, ob aspectū Martis, & Mercurij; & circa hos dies erunt tempora periculosa.

 Con-

Coniunctio luminarium erit die 21. h. 7. 11. ascendente g. 18. Cancri, erit dominator Iouis, qui est in domo Veneris sub terra, ferè oppositus Saturno, qui est eleuatus in medio cęli in domo Martis, & Mars erit in vndecima in domo Veneris, quæ reperitur in signo Geminorum; Sol est sub Orizonte, & Luna sub angulo Occidentis; & die sequenti Saturnus est in sextili aspectu Veneris, videbimus subitam pluuiam, cum aere aliquantulum frigido; & timeo ne in istis diebus habeamus periculosa tempora, quia Planetæ oriuntur cum stellis naturæ pessimis; & non multum boni aspectus sequuntur, & Sol quoque orietur cum Cane minori.

Vltima luminarium quadratura erit die 28. h. 19. 3. ascendente g. 28. Scorpionis, erit trinus aspectus Iouis, & Veneris; sextilis Solis, & Martis; Iouis oritur cum spica Virginis; Mars cum Aldebra, sextilis Veneris, & Mercurij; Sol nascetur cum Cane maiori: sunt dies, in quibus videbimus essentiales aeris mutationes: Venus oritur cum dextro humero Orionis; Mars occidit cum eadem stella, erit subita mutatio aeris.

A V G V S T V S.

Augusto mense, vt à cibis aromatibus conditis; ne nimirum sanguis, & spiritus incalescat; ita quoque à balneis calidis, sudoriferis est abstinendum; quãdoquidem calor aeris, quandoq; satis sudores prouocat; abstergẽtibus potius tantummodo vtendum ad abluẽdas sordes. Hoc mense Veneris quoq; affectibus, indulgendum; nimioq; cibo, & potu corpus onerandum non est, cum in præcedentib. æstiuis, ita genus, & ingluuies valdè noceant; moderatè potius bibendum; vtendum quoque rebus, quæ refrigerant hępar.

Dies ægrotis insalubres sunt sequentes: Die 3. 5. 7. malefici sunt in quadrato aspectu,& sequetur nouilunium: 10. 12. 14. malefici erunt oppositi Lunæ, & erit prima quadratura: 19. 21. 23. 27. Saturnus coniunctus Lunę, erit plenilunium; Mars in quadrato aspectu, & vltima luminarium quadratura: 29. 30. Saturnus,& Mars impediunt.

Nouilunium sequetur die 5. h. 19. 31. ascendente gr. 5. Sagittarij; Iouis erit dominator, qui est supra terram in domo Veneris; luminaria erunt in octaua cœli mansione, in signo Leonis, & in trino aspectu Saturni, qui sub terra reperitur, in domo Martis; & Marş erit supra Orizontem cum Venere; erit die sequenti aspectus Solis,& Saturni, habebimus turbidum aerem: Die 8. 9. 10. Mars, & Saturnus sunt in sextili aspectu simul, erit tonitruosum,& periculosum tempus; & in fine istius quadraturæ tempus erit serenum, & salubre.

Prima quadratura erit die 12. h. 22. 35. ascendente g. 20. Capricorni, tempus erit bonum: Die 14. 15. erit aspectus sextilis Iouis, & Veneris solet producere serenitatem aeris: Die 15. 16. est quadratura pessima; Saturni,& Mercurij; Venus occidit cum hædis, videbimus subitam mutationē: solet ante, & post hic aspectus conturbare tempus, cum frigido aere, tonitruis, & subitis mutationibus, nisi Sol, qui erit cum regulo, foueat; sequetur postea vsq; ad oppositionē luminariū in bonum.

Habebimus plenilunium die 19. h. 18. 15. ascendente g. 0. Sagittarij, dominabitur Iouis in 11. in domo Veneris; Sol erit in propria domo oppositus Lunæ, quæ reperitur in domo Saturni sub terra: Saturnus erit in domo Martis, qui reperitur in domo Mercurij, sequetur quadratura Saturni, & Veneris; & hoc tempore habebimus aquam, & sequentes dies erūt varij,& circa qua-

dratu-

draturam vltimam, tempus erit ferenum; quia fequetur trinus afpectus Veneris, & Martis.

Vltima luminariũ quadratura fequetur die 27. h. 9. 17. ante lucem, afcendente g. 3. Libræ, tempus imitabitur, & in fine iftius menfis, erit falubris aer, & tempus ferenum, ob quadraturam Iouis, & Veneris; quamuis in principio futuri menfis fimus vifuri fubitas mutationes.

SEPTEMBER.

SEptember menfis, in quo radij folares, ex humidiore Solis fupra Orizontem cõftitutione fubinde fiũt, obliquiores frigiditatem in aere, & melancoliam in corporibus humanis auget: Conducit ergo melancolicum fanguinem per venæ fectionem, & craffos humores per medicamenta purgantia educere; ad digerẽdam etiam melancoliam, indulgere genio, & frontem hilarem fumere; arduis negotijs non nihil repofitis, & cuticulã curare lotione dulcis aquæ, & cibo, ac potu pleniore; in primis verò commendatur lactis vfus Caprini, & vfus auium, & carnium ferinarum.

Dies infalubres pro medicina, & venæ fectione concedenda: Die 4. 5. 6. coniunctio luminarium, oppofitio Saturni, & quadratura Martis, cum Luna; 10. 11. 12. pariter. 17. 18. 19. 23. 25. 26.

Coniunctio luminarium erit die 4. h. 8. 6. n. s. afcendente g. 8. Leonis; Iouis dominabitur, qui eft fub terra in domo Veneris; Saturnus eleuatus in domo Veneris, ferè in angulo medij cœli, Mars in domo Mercurij, in 11. luminaria fub terra; in Mercurij domo, videbimus nubes, & habebimus frigidum aerem de mane, & forfan pluuiam minutam, cum vento; quia eft fextilis afpe

ctus

ctus Veneris, & Mercurij; & circa 8. 9. sequetur quadratura Martis, & Mercurij, quæ producet impetuosissimũ ventum, & nubes circa hos dies.

Prima quadratura erit die 10. h. 4. 11. s. n. ascendẽte g. 22. Geminorũ, habebimus inconstantẽ aerem: Die 13. 14. trinus aspect. Saturni, & Vener. dabit aquã frigidam, cum vento, & isti dies vsque ad plenilunium erunt varij, & dispositi ad pluuiam.

Oppositio sequetur die 17. h. 7. 28. ascendente g. 6. Leonis, dominatur Iouis, qui est in domo Vener. sub terra; & Saturn. supra terram, in domo Veneris, in M.C. Venus erit in Orizonte, & Mars in 11. qui eadẽ die orietur cum Cane minori; & sequenti die erit coniunctio Solis, & Mercurij; & Saturn. erit coniunctus Lunæ, habebimus ventum, cum turbido aere de mane; & in sequẽtibus dieb. tempus erit dispositum ad bonum, vsque ad pessimam quadraturam Saturni, & Martis, quæ erit potens in aeris alieratione, & corporib. nocumenta, multa attulerit; & finis huius mensis erit insalubris, & varius: videbimus, & audiemus, & vnusquisq; sibi studeat.

Vltima quadratura sequetur die 25. h. 8. 22. ascendente gr. 21. Leonis, præcessit quadratura Saturni, & Martis, tempus erit pessimum, & isti quatuor sequentes dies, in quibus Mars erit cum stellis pessimis, erunt varij; in vltimis dieb. postea habebimus gratam aeris serenitatem, propter aspectum Vener. & Iouis.

DE AVTVMNO.

AVtumnale æquinoctium sequetur die 22. Septembris, h. 22. 32. à meridie æquatis; & secundum horologium nostrum die 23. h. 14. 22. ascendet supra Orizontem g. 21. 30. Scorpionis, & Sol erit circa vnde-

cima

cimã cœli manſionem cum Ioue, & Luna erit ſupra Occidentalem angulum, in domo Mercurij, qui eſt in M. C. potens in propria domo; Mars in 8. in ſigno Cancri, & paulò ſuperius Venus; Saturnus erit ſub terra in domo Martis; qui Mars erit dominator huius quadrantis, cum ſit dominus ſigni aſcendentis, & anguli ſuccedentis Soli, cum aliqua Mercurij participatione, qui eſt dominus loci Solis, & ſigni aſcendentis irradiati à ſextili eius aſpectu. Autumnus igitur erit admodum inequalis, vẽtoſus, & frigidus, quod pariter confirmatur à quadratura Martis, & Saturni ante æquinoctium, qui erunt potentes ad alterationem aeris in hoc principio, quia erit peſſimus aer, ſicuti etiam in primis diebus menſis Octobris, & in fine, quando Sol erit oppoſitus Saturno, & quando Saturnus erit oppoſitus Veneri, & in medietate illius menſis, quando Sol, & Mars erunt in quadrato aſpectu; tunc æſtatem videbimus, ſed verba mutabimus; & erunt martiales effectus in aliquibus partibus; menſis Nouembris erit ſatis frigidus, & in menſe ſequenti videbimus pluuias, & hyems erit ſubita.

O C T O B E R.

Ctoberi menſe venæ ſectio, medicamenta purgantia, & balnea calida adhiberi poſſunt; rectè etiam omnibus alijs corporis membris exceptis partibus inferioribus circa genitalia, medicina adminiſtratur, modo nimio muſtuoſo vino, quod hoc menſe bibi ſolet paſsim corpus ne oneretur, vt enim calculoſam materiã ſecum vehens, epar, renes, & vreteres obſtruit; ita inordinata ventris profluuia efficit, & epati, lieni, ac veſsicæ nocet. Coueniens ergo eſt bibere lac Caprinũ, & veſci carnibus volucrum, tam domeſticarum, quàm ferinarum, item aliorum animalium.

Dies

Dies verò ægrotis insalubres sunt sequentes: Pessimus die 3.& obseruabilis;imò in toto hoc anno non erit similis alter: 9. 10. 14. 17. 23. 25. 30.

Pleniluniũ sequetur die 3.mensis Octobris, h.19.50. ascendẽte g. 6. Capricorni; Saturnus dominabitur, qui reperitur sub terra in domo Martis,& Mars erit in angulo Occidentali; luminaria in 8. mansione cœli, in domo Veneris, quę est cum Mercurio in domo illius; Iouis erit eleuatus in M. C. sequetur paulò post cõiunctionem, oppositio pessima Solis, & Saturni, tempus erit dispositum ad aquam, cum turbido aere; & principium istius mensis erit simile, cum inconstanti tempore vsq; ad quadraturam primam.

Prima quadratura erit die 9. h. 14. ascendente gr. 4. Scorpionis; Saturnus erit in quadrato aspectu Lunæ, & sequenti die Mars oppositus, & oritur cum Hercule; Sol orit cum spica Virginis, habebimus mediocre tempus; & hæc quadratura erit pessima; & sunt dies pessimi pro alteratione horum inferiorum; quia sequitur quadratura Solis, & Martis: quantum ad aerem, solet producere siccitatem, & serenum, nisi influxus impediatur à succedentibus aspectibus: Corporibus nostris non mediocra accidentia accident; præcipuè verò hominib. igneis.

Plenilunium erit die 17. h. 23.9. ascendente gr. 1. Arietis; est dominator Mars, qui est sub terra propè Solis quadratũ, qui cum Mercurio est in domo Veneris,& supra in domo Martis reperitur Iouis;Saturnus est in angulo Occidentali, & inferius Luna, ambo in Martis domo, erit oppositio Saturni, & Mercurij, & sextilis aspectus Martis, & Veneris, erit frigidus aer cum vento, & nebulis,& forsan non sine pluuia, & tẽpus sequetur cum inconstanti aere, vsq; ad vltimã luminariũ quadraturã.

Vltima luminarium quadratura erit die 25. Octobr.

h. 3. 32. n.s. ascendente g. 6. Cancri, habebimus turbidum aerem: Die 28. 29. 30. 31. erit quadratura Martis, & Mercurij solet afferre nutileros ventos, est oppositio Saturni, & Veneris, tempus erit dispositum ad pluuiam, cum humido aere, sed coniunctio Solis, & Iouis, quæ est circa vltima diem, forsan hos effectus tollet, & producet gratam aeris serenitatem.

N O V E M B E R.

Nouember mensis, & venæ sectiones, & balnea sudorifera prohibet: secus, qui facit, & ijs temerè vtitur, naturæ, quæ corporis meatus frigore constringit, & recludit, repugnare videtur; laborib. verò ad sudoré vsque sese defatigare non insalubre indicatur, si postea, & corpus calefacienti victu reficiatur; cibis nempè aromatibus, benè conditis, mane vti côuenit: vitanda autem in primis Venus, quæ si vllo, hoc quoque tempore plurimum nocet, & corpus eneruat.

Dies ægrotis insalubres sunt sequentes: Die 5. 7. 8. 12. 14. 16. 19. 22. 24. & circa 27. & 29. Luminarium coniunctio erit die 3. mensis Nouemb. h. 20. 22. ascendet gr. 6. Capricorni; Saturnus, qui reperitur in domo Martis, erit domi nator; Mars quoque erit propè angulum Occidentalê, luminaria erunt in M.C. cum Ioue, & Mercur. in domo Martis, erit turbidus aer, cum vento: Die 4. erit coniunctio Iouis, & Mercurij. erunt ventus; & sequetur tempus vsq; ad primam quadrat.

Prima quadratura erit die 8. h. 21. 28. ascendente gr. 8. Piscium, & die sequenti erit coniunctio Solis, & Mercurij; pariter habebimus ventum, cum frigido aere; & in sequentib. diebus vsq; ad plenilunium, tempus inconstans erit, & dispositum ad pluuiam.

Lumi

Luminarium oppositio erit die 16. h. 17. 18. ascendente g. 26. Sagittarij, Iouis erit dominator, qui reperitur in domo Martis, in 11. cum Sole; Venere,& Mercurio, Saturnus sub terra in domo Martis, & Luna in domo Vener. erit turbidum tempus; & in hac quadratura habebimus mutationē frigidam, & cognoscamus Hyemem dominari; habebimus ventum cum pluuia, & forsan cum niue; erit aspectus trinus Martis, & Mercurij, Saturni, & Mercurij, & quadratura Veneris,& Martis, & in hoc tempore mutabimus vestes.

Vltima Luminarium quadratura erit die 24. h. 21. 6. ascend. gr. 24. Piscium, erit frigidus aer, cum tempore disposito ad pluuiam in sequentib. diebus, vsque ad plenilunium, habebimus forsan serenitatem aeris, quia sequitur aspectus trinus Solis, & Martis, & coniunctio Iouis, & Veneris, solent concedere gratam aeris serenitatem, nisi impediatur illorum effectus à trino aspectu Solis, & Saturni.

DECEMBER.

DEcember mensis, vt corpus cōtra frigus benè muniatur, & calidū conseruetur; vnicè exigit, vnde & victu calefaciente, aniso, & pipere, alijsq. aromatibus, benè conditis, fouendum est idipsum; nec potio, aut esu infrigidantium stupefaciendum est. Qui verò hoc negligit, & gelidi potus copia obruit, vel in aere niminm frigido, caput, & pedes infrigidat; is podagram, & capitis affectiones facili negotio incurrit; Veneris delitijs in pietate, honestate, & moderamine adhibeantur: quilibet quoque hoc tempore frui potest.

Dies ægrotis insalubres sunt sequentes: Die 1.5.7.8. 12.14.16.20.22.24.27.29.

Die prima Decemb. erit coniunct. luminarium in signo Sagittarij, h. 17. 10. ascendente g. 5. Capricor. Saturn. erit dominator, qui in domo Mart. reperitur sub terra; Mars erit supra angulum Occidentalem, Iouis, & Venus erunt eleuati, & luminaria reperiuntur in 11. cum Mercurio in domo Iouis; tempus erit satis bonũ, quamuis Sol sit cum corde Scorpij; qui aerem turbidum, solet producere: Die 3. 4. 5. erit aer frigidus, cum nebulis; & timebimus de niue in his primis diebus mensis.

Prima quadratura sequetur die 7. h. 11. 52. s.n. ascẽdente g. 25. Libræ, erit tẽpus mediocre, cum aliquo vẽto: Die 9. 10. 11. erit aspectus trinus Saturni, & Mart. & quadratura Saturni, & Mercurij, habebimus ventos, cum aliqua pluuia, & tempus erit dispositum ad niuem & vsque ad plenilunium sequetur turbidus aer.

Oppositio luminarium sequetur die 15. h. 12, 36. s.n. ascendente g. 21. Scorpion. erit dominator Mars, qui reperitur in signo Leonis sub terra; Iouis est in angulo Occidentali; Sol erit sub terra in Veneris domo, & Luna supra terram in domo Mercurij, qui est in domo Saturni, & Saturn. in domo Martis; sequetur aspect. trin. Vener. & Martis, & Saturni, & Vener. solemus in primo aspectu habere frigoris remissionem, sed vereor, ne Saturnus, & Mercur. impediant hoc; & videamus aquam, cum aliquo vento; deinde varium tempus dominabitur, vsque ad vltimam quadraturam, in quibus diebus erit turbidus aer, cum humido.


FINIS.

Candido Lectori S.

Contigit impressio huius Tractatus tunc temporis, quo ab Vrbe necessarijs domesticæ rei curis impeditus absfui, & cum amico huius professionis ignaro curam impressionis reliquissem, fieri non potuit, quin plura ab Impressore errata commissa fuerint, quàm ego crediderim, quæ libenter notare prætermisissem, si cum viris tantum ingenuis, & æquitate præditis agendū esset, & non quandoq. cum maleuolis, ac detractoribus, qui mihi imputare non verebunt, quòd plerisq. in locis legatur Iouis in nominatiuo casu, cum debeat legi Iupiter, quod puerile erratum, pluriesq. repetitum est ab Impressoribus, dum exprimere voluerunt Iouis caracterem à me, vt moris est, notatum. Itaque ne graueris, tùm illa circa Iouem errata, tùm hæc quoq; pauca, quæ vt insigniora notare volui. Vale.

E R R A T A.

Pagina.	linea.	Errata.	correcta
2 B	5	plura habet pugnantia.	plures habet impugnatores
ibidem.	22	venis	rem
3 A	9	vt ille	vt quidam
4 B	vltima.	exaudiant.	audiant
5 A	8	efficiente	afficiente
ibidem.	10	efficiuntur	afficiantur
ibidem.	31	alter	aliter
8	penultima.	sferis	Sphæris
9	6	armoniam.	harmoniam
10	2	propriè	propriæ
21	7	maximè	maximæ
22	6	gr. 3. 5.	gr. 3. 51.
ibidem.	10	digita	digiti
23	11	alter Eclipsis.	altera Eclipsis
ibidem.		maximè.	maximæ
26	11	vnus	quorum vnus
27	10	cœleste	cœlestes
ibidem.	17	ebolire	ebulire
29	3	iocundam	iucundam
ibidem	18	in quibus	in quibus nec
31	28	ingressui	ingressum
32	13	audierimus	audiemus
35	19	subita tempora	subitaneas tēpestates
37	30	subita tempora	subitaneas tēpestates
39	4	infrigiduntur	infrigidentur
ibidem.	5	ille	illæ
40	10	periculosa tēpora	periculosas tēpestates
42	21	concedenda	non concedenda
43	19	attulerit	afferet
44	22	Octoberi	Octobri
45	17	orit	oritur



[illegible]

[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]

[illegible]

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]


[illegible]

Festa Mobilia, secundum sacrosanctæ Rom. Eccl. vsum, iuxta annum reformatum.

Septuagesima Ianuarij	26.
Cineris Februarij	12.
Pascha Martij	30.
Rogationes Maij	4.
Ascensio Domini Maij	8.
Pentecostes Maij	18.
Corpus Christi Maij	29.
Aduentus Domini Nouemb.	30.

Quattuor Tempora, seu Ieiunia Anni.

Februarij	19.	21.	22.
Maij	21.	23.	24.
Septembris	17.	19.	20.
Decembris	17.	19.	20.





Don Marcell. Baldassinus Cler.
regularis S. Pauli, pro Illustriss.
& Reuerendiss. Archiep. Bon.

Imprimatur

Notarius Apost. & sancti Officij
Bononiæ.





BONONIÆ,

Apud Bartholomęum Cochium

MDCXIIII.

Superiorum permissu.